

The Electronic *Manipulus florum*
www.manipulusflorum.com

Correctio d
cum fonte primo

Quicquid lacerato animo dixeris,
punientis est impetus, non caritas corrigentis;
dilige et dic quicquid uoles.

Augustinus super epistolam ad Galathas.

Quicquid enim lacerato animo dixeris,
punientis est impetus, non caritas corrigentis.
dilige et dic, quod voles,
nullo modo maledictum erit,
quod specie maledicti sonuerit,
si memineris senserisque te in gladio
verbi dei liberatorem hominis esse velle
ab obsidione vitiorum.

Augustinus Hipponensis, *Expositio epistulae ad Galatas*, 57.3-4 (CSEL 84, J. Divjak ed., pp.133-4, ll.25-26, 1-4).